

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia s
cum fonte primo

Aliquando minus est
in corrupcionem cadere quam
cogitatione tacita deliberata elacione
peccare. Sed cum minus turpis superbia
creditur, minus uitatur. Luxuriam uero
eo magis erubescunt homines quo simul
omnes turpem nouerunt, unde fit
plerumque ut nonnulli post superbiam in
luxuriam corruentes ex aperto casu
malum culpe latentis erubescant; et
tunc eciam maiora corrigant cum
prostrati in minimis grauius
confunduntur.

Gregorius XXXIII. moralibus.

Scimus autem quia
aliquando minus est
in corporis corruptione cadere quam
cogitatione tacita ex deliberata elatione
peccare; sed cum minus turpis superbia
creditur, minus uitatur. Luxuriam uero
eo magis erubescunt homines, quo simul
omnes turpem nouerunt. Vnde fit
plerumque ut nonnulli post superbiam in
luxuriam corruentes, ex aperto casu
malum culpe latentis erubescant; et
tunc etiam maiora corrigunt, cum
prostrati in minimis grauius
confunduntur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 33,
12 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1695, ll.104-112).